



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ
formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum
requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, &
ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea,
plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Sententiæ declaratoriaræ excommunic. contentæ in Clem. I. de privileg.
Form XLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Sententiæ Declaratoriæ.

FORMULA XLII.

At tentis comparatione, & instantia R. Parochi Ecclesiæ N. & depositionibus testium per eum inductorum ex quibus constat, P. N. Ordinis N. ministrasse, & ministrare præsumpsisse N. laico sæculari infirmo Sacramentum Eucharistiæ (vel extremæ Unctionis) absque ejusdem Parochi speciali licentia, dicimus, & declaramus, prænominatum P. N. incurrisse excommunicationem contentam in Clementina l. de privil. Papæ reservatam, & ut à subditis nostris vitetur, esse publicè denunciandum prout nos per affixionem Cedulonum denunciari volumus, & mandamus.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

SUMMARIUM.

- 1 Regulares administrantes infirmis sæcularibus Sacramenta Eucharistiæ, vel extremæ Unctionis sine Parochi licentia, censuras incurrunt, & ab Ordinario denunciari possunt, & nu. 2. 3. 4. & 5.
- 6 Privilegium alicui Ordini Regularium concessum ministrandi tempore infirmitatis sæcularibus Sacramenta prædicta, non suffragatur cæteris Regu-

- laribus, per solam generalem communicationem.
 - 7 Regulares contravenientes Clementinæ l. de privileg. possunt denunciari excommunicati sine monitione, vel cum monitione, & num. 8. & 9.
 - 10 Regulares delinquentes in administratione Sacramentorum, puniuntur ab Episcopo jure delegato.
- Narratur vexatio, & patientia Auctoris.

Denunciationis

FORMULA XLIII.

HIC auctoritate ordinaria, ut à subditis nostris vitetur, denunciatur, & declaratur excommunicatus excommunicatione majori Papæ reservata P. N. Ordinis N. Ex eo, quia absque ulla licentia proprii Parochi ausus fuit contra prohibitionem Sac. Canonum ministrare N. laico sæculari infirmo, Sacramentum Eucharistiæ (vel extremæ Unctionis) præcipimus propterea omnibus nostræ Curæ subiectis, ut illum evitare curent, neque ad divina admittant, aut ei ave dicant, sub pœnis, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

VEL